



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrrippinæ, 1671

§. II. Cur Spiritus Sanctus, amor appelletur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

appellari potest; quia est creatura rationalis sanctificans & sanctius sanctitatis fons & origo. Nam, ut respondeatur Doctor angelicus in 1. dist. 15. quest. 5. art. 1. ad 1. & in compendio Theologiae cap. 47. sanctum tribus modis sumitur: Primo propter quod est purum ac mundum; & sic sanctificatio dicitur emundatio a peccato per gratiam. Secundo sanctum idem est quod cultus divino deputatum & consecratum; & hoc modo dicitur templum sanctificari, sicut & vasa quae ad ministerium templi serviant; sed multo magis ratione creatura, quando ad obsequium Dei applicatur. Tertio sanctum idem est quod firmum, seu in bono confirmatum. Et in his tribus modis sanctitas Spiritus Sancti appropriatur. Ille enim per infusionem gratiae sanctificantis creaturam rationalem mundat & purificat; & ubi a terrenis affectibus humana corda separavit, illa Deo arcuato charitatis nexu conjungit. Ex quo secundus猝um sanctitatis radius, videlicet conscientia & divino cultui additio & applicatio: amor enim est principium ordinationis in Deum, & super quod maximè dedicamur & consecramur Deo. Et tandem animam a terrenis affectibus separatam, & Deo consecratam, in virtute firmiter ac confirmat, illi que immobilitatem quantum in bono tribuit; quæ tertius est sanctitatis status, seu character.

§. II.

Car Spiritus Sanctus, amor appelleatur?

Secundum Spiritus Sancti nomen est amor, quod duplicitate ei convenit: Primo ex via operationis & proprietatis personalis. Sic enim ex numeris, quod aliquis rem aliquam intelligit, provenientia intellectus conceptio recte in intellectu in intelligenti, quæ dicitur verbum: ita enim, quod aliquis rem aliquam amat, provenit eodem imprestito, ut ita loquar, rei amatae in affectuamantis, secundum quam amatum dicitur sibi amante, sicut & intellectum in intelligenti. Et hæc amor seu impulsus appellari solet, ut supra 2. art. 4. ex S. Doctore ostendimus.

Secundo Spiritus Sanctus amor nuncupatur, ratione sua operationis, quatenus scilicet nos reddit amantes, nobis infundendo gratiam & charitatem, per quam amici & amatores Dei constitutur, juxta illud Apostoli ad Romanos 5. *Charitatem diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Nam ut discutit S. Thomas 4. contra Gentiles cap. 2. 1. ea quæ à Deo innobescunt reducuntur in Deum, sicut in causam efficientem & exemplarem: in causam quidem efficientem, in quantum virtute operativa Dei aliquid in nobis efficit: in causam vero exemplarem, secundum quod id, quod in nobis à Deo est, aliquo modo Deum imitatur. Cum ergo eadem virtus sit Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sicut & eadem essentia, oportet quod omne id, quod Deus in nobis efficit, sit sicut à causa efficiente, simul à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. Verbum tamen sapientia, quo Deum cognoscimus, est propriæ representativum Filii, & similiter amor, quo Deum diligimus, est proprium representationum Spiritus Sancti; & sic charitas qua in nobis est, quamvis sit effectus Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, tamen speciali quædam ratione dicitur esse in nobis per Spiritum Sanctum, juxta illud A-

A postoli ad Romanos 5. *Charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.* Ad quod respiciens Bernardus Epist. 107. sic exclamat: O geminum, ipsiusque firmissimum Dei erga nos amoris argumentum! Christus moritur, & meretur amari. Spiritus affect, & facit amari. Ille facit cur ameritur, iste ut ameritur. Ille suam multam dilectionem in nobis commendat, iste & dar. In illo cernimus quod amemus, ab isto sumimus unde amemus. Charitatis igitur ab illo occasio, ex isto affectio.

§. III.

Cur nomen Doni Spiriti Sancti attribuatur?

B Tertium nomen Spiritus Sancti est *Donum*, quod etiam personali proprietate ei competit. Ut enim iam ostendimus, Spiritus Sanctus procedit ut amor notionalis Patris & Filii; amor autem est primum donum quod conferunt amico, & ad quod cetera consequuntur: Ergo Spiritus Sanctus ex sua proprietate personali habet quod sit *Donum*.

Confirmatur, & illustratur hæc ratio ex D. Thoma hæc artic. 2. ubi ait: *Donum proprium est datum irreddibilis, secundum Philosophum, id est quod non datur intentione retributionis; & sic importat gratuita donationem: ratio autem gratuæ donationis est amor;* ideo enim damus gratias alieci aliiquid, quia voluntas ei bonum. . . . Vnde manifestum est, quod amor habet rationem primi doni, per quod omnia dona gratuitate donantur. Vnde cum Spiritus Sanctus procedat ut amor, procedit in ratione doni primi. Quare Joann.

C 3. Filius dicitur nobis ex amore datus: *Sicut Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* Et prima ad Corinthios 12. *Aliud datur per Spiritum sermo sapientie, aliud autem sermo scientie secundum eundem spiritum.* Et postea multis donis enumeratis sic concludit Apostolus: *Hac autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis proportiones.* Denique ubi Christus Matth. 7. dicit: *Si vos, cum sitis in malo, nostri bona dat a dare filio vestri,* quantu[m] magis Pater vester dabit *Spiritu[m] bonum.* Id est (ut explicat Athanasius) *Spiritus Sanctus, qui est donorum omnium maximum, & inexhausta bonorum omnium, quæ in nos a Deo flunt, origo.* Nam (inquit Basiliscus) *per Spiritum Sanctum datur in paradisum restitutio, in regnum celorum redditus, in adoptionem filiorum reverberio, datur fiducia Deum appellandi patrem, consortem fieri gratiae Christi, filium lucis appellari, aeterna gloria participem esse, & ut semel omnia dicam, esse in omnibus benedictionis plenitudine.* Ipse (addit Chrysostomus) *nostra imaginis est reformatio, mentis perfectio, anima iustificatio.* Spiritus Sanctus author est fidei in Deum, Lib. de Spiritu Sancto.

D *Spiritus Sanctus ipse opulentia filiorum Dei, ipse eternorum bonorum thesaurus, ipse Arca pignus eterni regni, ipse primitiva vita eterna, ipse signaculum gratiae Baptismi.* Spiritus Sanctus ipse fidem facit quod nos a Deo in filios adoptati sumus, ipse corda nostra Deo conglutinat. *Spiritus Sanctus ipse cibis est diligentium Christum, quo nunquam satiantur.* Ipse potus est animarum filiorum Dei, ipse charitas eorum qui sibi coniuncti sunt. *Spiritus Sanctus copula est unionis nostra cum Christo, animarum exultatio, cordis triplum; Spiritus Sanctus lugentum consolatio, mœstridium depositio, mentis requies, sapiente communatio, prudentie inventio.* Serm. 2. de Spiritu Sancto.

E Tom. II. 110.

spiritus mentalium oculorum nostrorum Sol, interni nostrorum lumen, Lucifer in pectoris celo. Spiritus Sanctus ipse opulentia filiorum Dei, ipse eternorum bonorum thesaurus, ipse Arca pignus eterni regni, ipse primitiva vita eterna, ipse signaculum gratiae Baptismi. Spiritus Sanctus ipse fidem facit quod nos a Deo in filios adoptati sumus, ipse corda nostra Deo conglutinat. Spiritus Sanctus ipse cibis est diligentium Christum, quo nunquam satiantur. Ipse potus est animarum filiorum Dei, ipse charitas eorum qui sibi coniuncti sunt. Spiritus Sanctus copula est unionis nostra cum Christo, animarum exultatio, cordis triplum; Spiritus Sanctus lugentum consolatio, mœstridium depositio, mentis requies, sapiente communatio, prudentie inventio.